

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Pro lege Manilia, ad populum. Oratio XIII.

---


**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

**Nexa.** nexa, atq; hereditates. iubet enim eodē iure esse, quo fuerint Ariminenses: quos q; ignorat duodecim coloniarū fuisse: & a Populo Ro. hereditates capere potuisse: Q; si adimi ciuitas A. Cecinē lege potuisset, magis illam rationē tamē omnes boni quereremus, quē admodum spectatissimū, prudentissimūq; hominē, summo consilio, summa virtute, summa auctoritate domestica peditū, leuatum iniuria ciuem retinere possemus, q; vti nunc cum de iure ciuitatis nihil potuerit deperdere, quisq; existat, nisi tui Sexte similis & stultitia & impudentia, qui huic ciuitatem ademptā esse dicat. Qui quoniā Recuperatores suum ius non deseruit, neq; quicq; illius audacię, petulantięq; concessit, derelinquo iam cōmunē causam, populiq; ius in vestra fide ac religione depono. Is homo ita se pbatū vobis vestriq; similib; semp voluit, vt id nō minus in hac causa laborarit: nec cōtēderit aliud, q; ne ius suū dissolute relinquere videret: nec min; vereret, ne cōtēnere Ebutiū, q; de eo cōtēptus esse existimaret. Quapropter si qd extra iudiciū est qd homini tribuendū sit, habetis hoīem singulari pudore, virtute cognita, & spectata fide amplissimū, Hetrurię nomine totius in vtraq; fortuna cognitū multis signis & virtutis & humanitatis. Si quid in cōtraria parte in homine offendēdū sit, habetis eum, vt nihil dicam amplius, qui se homines coegisse fateatur. Sin hominib; remotis de causa queritis: cū iudiciū de vi sit, is qui arguitur, vim se hominibus armatis fecisse fateat: verbo se non æquitate defendere conetur: id quoq; ei verbū ipsū ereptum esse videatis: auctoritatem sapientissimorū hominū facere nobiscum: in iudiciū nō venire, vtrum Cecinna possederit, nec ne: tamen doceri possedisse: multo etiam minus queri A. Cecinē fundus sit, nec ne, me tamen id ipsum docuisse, fundū esse Cecinē: cū hec ita sint, statuite qd vos tempora Reip. de armatis hominibus, quid illius confessio de vi, quid nostra decisio de æquitate, quid ratio interdīcti de iure admoneant, vt iudicetis.

PRO LEGE MANILIA, AD POPVLVM. ORATIO. XIII.



Inies ætas.

**VANQVAM** Mihi semper frequēs conspectus vester multo iucū dissimulus, hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus Quirites tamē hoc aditu laudis, qui semper optimo cuiq; maxime patuit, non mea me voluntas, sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptę prohibuerunt. Nam cum antea per atatem nondū huius auctoritatē loci cōtingere auderē: statueremq; nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere: omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi. ita neq; hic locus vacuus vnq; ab iis qui vestram causam defenderent, & meus labor in priuatorum periculis caste integre versatus, ex vestro iudicio fructum est amplissimum conse-

Cicero ter pretor primus renunciatus.

De quo dicendum.

curus. Nam cum propter dilationem comitorum ter pretor primus centuriis cunctis renūciatus sum, facile intellexi Quirites, & quid de me iudicaretis, & quid aliis præscriberetis. Nunc cum & auctoritatis in me tantum sit, quantum vos honoribus mandandū esse voluistis: & ad agendum facultatis tantum, quātum homini vigilantī ex forensi vsu prope quoti diana dicendi exercitatio potuit afferre: certe & si quid etiam dicendo consequi possum, iis ostendam potissimum, qui ei quoq; rei fructum suo iudicio tribuendum esse censuerunt. At q; illud in primis mihi latandum iure esse video: q; in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi, causa talis oblata est, in qua oratio nemini deesse potest. Dicendum est enim de Gn. Pompeii singulari eximiāq; virtute. Huius autem orationis difficilīus est exitum q; principū inuenire. itaq; mihi non tam copia, q; modus in dicendo quarendus est. Atq; vt inde oratio mea proficiscatur, vnde hec omnis causa ducit: bellū graue & periculosum vestris vectigalibus atq; sociis, a duobus potentissimis Regibus infertur Mithridate & Tigraue: quorum alter relictus, alter lacessitus, occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitrat. Equitibus Romanis honestissimis viris afferuntur ex Asia quotidie literæ, quorum magnæ res aguntur in vestris vectigalibus exercendis occupatæ: qui ad me pro necessitudīne, quæ mihi est cum illo ordine, causam reipub. periculaq; rerum suarum detulerūt: Bithynię, quę nunc vestra prouincia est, vicis exustos esse complures: Regnū Ariobarzanis, quod finitimum est vestris vectigalibus, totum esse in hostium potestate: Lucullum magnis re-

bus gestis ab eo bello discedere: huic qui succurrerit, non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum: unum ab omnibus sociis & civibus ad id bellum imperatorem deposci atque expeti: eundem hunc unum ab hostibus metui, propterea neminem. Causa que sit videtis, nunc quid agendum sit considerate. Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligendo esse dicendum. Genus est enim eiusmodi, quod maxime vestros animos excitare atque inflammare debet. Agitur enim salus sociorum atque amicorum, pro qua multa maiores vestri magna & gravia bella gesserunt. Agunt certissima populi Romani vectigalia & maxima: quibus amissis, & pacis ornamenta, & subsidia belli requiretis. Aguntur bona multorum civium, quibus est a vobis & imperatoribus reipublice consulendum. Et quam semper appetentes glorie preter ceteras gentes, atque avidi laudis fuistis, delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta, que penitus iam infecta atque inueteravit in populi Romani nomine: que is qui vna die tota Asia, tot in civitatibus, vno nuncio, atque vna literarum significatione civis Romane necandos, trucidandosque denotavit, non modo ad huc poenam nullam suo dignam scelere suscepit, sed ab illo tempore annum iam tertium & vigesimum regnat: & ita regnat, ut se non Ponto, neque Cappadociae latebris occultare velit, sed emergere e patrio regno, atque in vestris vectigalibus, hoc est in Asia luce versari. Etenim adhuc ita vestri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ab illo insignia victoriae, non victoriam reportarent. Triumphavit L. Sylla, triumphavit L. Murena de Mithridate, duo fortissimi viri, & summi imperatores: sed ita triumpharunt, ut ille pulsus superatusque regnaret. Verumamen illis imperatoribus laus est tribuenda, que egerunt: venia danda, que reliquerunt: propterea que ab eo bello Syllam in Italiam resp. Murenam Sylla revocavit. Mithridates autem omne reliquum tempus, non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit, qui posteaquam maximas edificasset ornassetque classes, exercitumque permagnos quibuscumque ex gentibus potuisset comparasset, Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simulasset, usque in Hispaniam legatos e Lebetanis misit, ad eos duces, quibuscumque bellum gerebamus: ut cum duobus in locis disjunctissimis maximeque diversis vno consilio, ab vniuersis hostium copiis bellum terra marique gereretur, vos ancipiti contentione distracti de imperio dimicaretis. Sed tamen alterius partis periculum Sertorianae, atque Hispaniensis, quae multo plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompei diuino consilio ac singulari virtute depulsum est. In altera parte ita res a L. Lucullo summo viro est administrata, ut initia illa gestarum rerum magna atque preclara, non felicitati eius sed virtuti: haec autem extrema quae nuper acciderunt, non culpe, sed fortunae tribuenda esse videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco, & ita dicam Quirites, ut neque vera laus ei detracta oratione nostra, neque falsa afficta esse videatur. Sed pro vestri imperii dignitate atque gloria, quoniam is est exorsus orationis mea, videte quem vobis animum suscipiendum putetis. Maiores vestri saepe mercatores ac nauicularioribus iniuriosius tractatis, bella gesserunt. vos tot civium Romani millibus, vno nuncio, atque vno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis! Legati qui erant appellati superbius, Corinthum patres vestri totius Graeciae lumen extinctum esse voluerunt. vos eum regem inultum esse patiemini, qui legatum populi Romani consularem, vinculis, ac verberibus, atque omni supplicio excruciatum necavit! Illi libertatem civium Romani imminutam non rulerunt. vos vitam ereptam negligetis! Ius legationis verbo violatum illi persecuti sunt. vos legatum populi Romani omni supplicio interfectum inultum relinquetis! Videte ne ut illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperii gloriam relinquere: sic vobis turpissimum sit, illud quod accepistis, tueri & conseruare non posse. Quid, que salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur! Regno expulsus est Ariobarzanes rex, socius populi Romani atque amicus: imminet duo reges totae Asiae, non solum vobis inimicissimi, sed etiam vestris sociis atque amicis: civitates autem omnes, cuncta Asia atque Graecia vestrum auxilium expectare propter periculi magnitudinem cogunt: Imperatorem a vobis certum deponere, cum praesertim vos alium miseritis, neque audent, neque se id facere summo sine periculo posse arbitrantur: vident & sentiunt hoc idem quod & vos, vnum virum esse in quo summa sint omnia, & eum prope esse, quo etiam carent agris: cuius aduentu ipso atque nomine, tamen illi ad maritimum bellum venerit, tamen imperus hostium repressos esse intelligunt ac retardatos. Hi vos, quam libere loqui non licet, tacite rogant, ut se quoque sicut ceterarum provinciarum socios dignos existimetis, quorum salutem tali viro commenderis, atque hoc etiam magis quam ceteros, que eiusmodi in provinciam hostes cum imperio misimus, ut etiam si ab hoste defendant, tamen ipsorum aduentus in vrbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differant. Hunc audiebant antea, nunc presentem vident, tanta temperantia, tanta mansuetudine, tanta humanitate, ut ii beatiss.

Quid dicendum.

Appetentes glorie Romae Mithridatis celeritas in necandis civibus Romae

Causae belli? Mercatores. Nauiculariores. Corinthi de ledi causa.

## Oratio

simi esse videantur, apud quos ille diutissime comoratur. Quare si propter socios nulla ipsi iniuria lacerari maiores vestri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, cum Poenis bella gesserunt, quanto vos studio conuenit iniuriis prouocatos, sociorum salutem una cum imperii vestri dignitate defendere: praesertim cum de vestris maximis vectigalibus agatur. Nam ceterarum prouinciarum vectigalia Quirites tanta sunt, ut his ad ipsas prouincias tutandas vix contenti esse possimus. Asia vero tam opima est & fertilis, ut & ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, quae exportantur, facile omnibus terris antecellat. Itaque haec vobis prouincia Quirites, si & belli utilitatem, & pacis dignitatem sustinere vultis, non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis est defendenda. Nam ceteris in rebus cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur: at in vectigalibus non solum aduersus malum, sed etiam metus ipse affert calamitatem. Nam cum hostium copia non longe absunt, etiam si irruptione facta nulla sit, tamen pecora relinquunt, agricultura deserunt, mercatorum nauigatio conquire scit, ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest, quare saepe totius anni fructus uno rumore periculi, atque uno belli terrore amittit. Quo tandem animo esse existimatis: aut eos qui vectigalia vobis praesentant, aut eos qui exercent atque exigunt: cum duo reges cum maximis copiis prope adsint: cum una excursio equitatus per breui tempore totius anni vectigal auferre possit: cum publicani familias maximas, quas in salinis habent, quas in agris, quas in portibus atque custodiis, magno periculo se habere arbitrentur? Putatis ne vos illis rebus frui posse, nisi eos qui vobis fructuosi sunt, conseraueritis, non solum (ut antea dixi) calamitate, sed etiam calamitatis formidine liberatos? Ac ne illud quidem vobis negligendum est, quod mihi ego extremum proposueram, cum essem de belli genere dicturus, quod ad multorum bona ciuium Romanorum pertinet, quorum vobis pro vestra sapientia Quirites habenda est ratio diligenter. Nam & publicani homines & honestissimi & ornatissimi, tuas rationes & copias in illa prouincia contulerunt, quorum ipsorum per se res & fortunae cura vobis esse debent. Etenim si vectigalia, nervos esse reipublicae, semper duximus, eum certe ordinem qui exercet illa, firmamentum ceterorum ordinum recte esse dicemus. Deinde ceteris ex ordinibus homines naui & industrii, partim in Asia negotiantur, quibus vos absentibus consulere debetis: partim eorum in ea prouincia pecunias magnas colatas habent. Erit igitur humanitatis vestrae, magnam eorum ciuium numerum calamitate prohibere: sapientiae, videre multorum ciuium calamitatem a reipublicae seiuinctam esse non posse. Etenim illud primum parui refert, vos publicanis amissis vectigalia postea victoria recuperare, neque iisdem redimendi facultas erit propter calamitatem, neque aliis voluntas propter timorem. deinde quod nos eadem Asia atque idem iste Mithridates initio belli Asiatici docuit id, quod certe calamitate docti memoria retinere debemus. Nam tum cum in Asia res magnas permulti amiserunt, scimus Romae solitudine impedita fide concidisse. Non enim possunt una in ciuitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant. A quo periculo prohibete reipublicae, & mihi credite id quod ipsi videris, haec fides atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae in foro versantur, implicita est cum illis pecuniis Asiaticis & cohaeret. ruere illa non possunt, ut haec non eodem labefactata motu, concidant. Quare videte, num dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus sociorum, vectigalia maxima, fortunae plurimorum ciuium cum reipublica defenduntur. Quonia de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Potest enim hoc dici: belli genus esse, ita necessarium, ut sit gerendum: non esse ita magnam, ut sit peritescendum. In quo maxime laborandum est, ne forte a vobis quae diligentissime prouidenda sunt, continenda esse videantur. Atque ut omnes intelligant me L. Lucullo tantum impertiri laudis, quantum forti viro, & sapientissimo homini, & magno imperatori debeatur, dico eius aduentu maximas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas atque instructas, urbemque Asiae clarissimam nobisque amicissimam Cyzicenum obsidem esse ab ipso rege maxima multitudine, & oppugnatam vehementissime: quam L. Lucullus virtute, assiduitate, consilio, summis obsidionis periculis liberauit. ab eodem imperatore classem magnam & ornatam, quae ducibus Sertorianis ad Italiam studio inflamato raperetur, superatam esse, atque depressam: magnas hostium praeterea copias multis preliis esse deletas: patefactumque nostris legionibus esse Pontum, qui ante populo Romano ex omni aditu clausus esset: Sinopem atque Amisum, quibus in oppidis erant domicilia regis omnibus rebus ornata atque referta, ceterasque vrbes Ponti & Cappadociae permultas, uno aditu atque aduentu esse captas: Regem spoliatum regno patrio atque auito, ad alios se reges atque alias gentes supplicem contulisse: atque haec omnia salutis populi Romano, sociis atque integris ve-

etigalib<sup>9</sup> esse gesta. Satis opinor hoc esse laudis: atq; ita reputo, vt hoc vos intelligatis, a nullo istorum, qui huic obrectat legi atq; cause, L. Lucillum similiter ex hoc loco esse laudatum. Requiritur fortasse nunc quemadmodum, cum hac ita sint, reliquum possit esse magnum bellum. cognoscite Quirites. non enim sine causa queri videtur. primum ex suo regno sic Mithridates profugit, vt ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur: quam predicant in fuga fratris sui membra in his locis, qua se parens persequeretur, dissipauisse, vt eorum collectio dispersa mororq; patrius celeritatem persequendi retardaret. sic Mithridates fugiens maximam vim auri atq; argenti, pulcherrimarumq; reru omnium, quas & a maioribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas in suu regnum congesserat, in Ponto omnem reliquit. hac dum nostri colligunt omnia diligentius, rex ipse e manibus effugit. ita illu in persequendi studio moror, hos letitia retardauit. Hunc in illo timore & fuga Tigranes rex Armenius excepit, diffidentemq; rebus suis confirmauit, & afflictum erexit, perdituq; recreauit. cuius in regnum posteaq; L. Lucillus cum exercitu venit, plures etiam gentes contra imperatorem nostru concitate sunt. Erat enim metus iniectus iis nationibus, quas nuq; populus Ro. neq; laceffendas bello, neq; tentadas putauit. Erat etiam alia grauis atq; vehemens opinio, que per animos gentiu barbaru peruaferat, fani locupletissimi & religiosissimi diripiendi causa in eas oras nostru exercitu esse adductu. Ita nationes multe atq; magne nouo quoda terrore ac metu concitabant. Noster autem exercitus, etsi vrbem ex Tigranis regno ceperat, & preliis vfus erat secundis, tm nimia longinquitate locoru ac desiderio suoru comouebatur. Hic iam plura non dicam. fuit enim illud extremu: vt ex his locis a militibus nostris reditus magis maturus q; processus longior quereret. Mithridates autem & sua manum iam confirmarat: & eorum qui se ex ei<sup>9</sup> regno collegerat, & magnis adueritiis multoru regu & nationu copiis iuuabat. Hoc iam fere sic fieri solere accepimus, vt regu afflictate fortunę facile multoru opes alliciat ad misericordiam, maximeq; eoru qui aut reges sunt, aut viuunt in regno, vt regale iis nomen magnum & sanctu esse videatur. Itaq; ratum victus efficere potuit, quantum incolumis nunq; est ausus optare. Nam cum se in regnu recepisset suum, no fuit eo contentus, qd ei prater spem acciderat, vt illam posteaq; pulsus erat terra vnq; attingeret, sed in exercitu vstru claru atq; victore impetu fecit. Sinite hoc loco Quirites (sicut poetę solent qui res Romanas scribunt) preterire me nostram calamitatem, que tanta fuit, vt ea ad aures L. Lucilli no ex plio nuncius, sed ex sermone rumor afferret. Hic in ipso illo malo, grauissimaq; belli offensione L. Lucillus, q tm aliqua ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, vstro iussu coactus, q ipriu diu turnitari modu statuendu veteri exēplo putauistis, partem militu, qui iam stipendiis confectis erant, dimisit, partem Glabroni tradidit. Multa pretereo consulto, sed ea vobis coniectura perspicitatis, quantum illud bellu factum puteris, qd coniungant reges potentissimi, renouet agitate nationes, suscipiant integre genes, nouus imperator vester accipiat vetere expulso exercitu. Satis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellu esset, genere ipso necessarium, magnitudine periculosum. restat vt de imperatore ad id bellu deligendo, ac tantis rebus pficiendo, dicendu esse videat. Vtinam Quirites viroru fortium, atq; innocentiu copiam tanta haberetis, vt hec vobis deliberatio difficilis esset, quenam potissimum tantis rebus, ac tanto bello pficiendu putaretis. Nunc vero cum sit vnus Cn. Popenius, qui no modo eoru hominu, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriã virtute superarit, que res est, que cuiusq; animum in hac causa dubiu facere possit! Ego enim sic existimo, in summo imperatore quattuor has res inesse oportere, scientia rei militaris, virtute, auctoritate, felicitatem, quis igitur hoc hoie scientior vnq; aut fuit! aut esse debuit! qui e ludo, atq; pueritie disciplina, bello maximo, atq; acerrimis hostibus, ad patris exercitu, atq; in militie disciplinã profectus est: qui extrema pueritia miles fuit summi imperatoris, ineunte adolescentia maximu ipse exercitus imperator: qui sapius cum hoste conflixit, q quisq; cum inimico concertauit: plura bella gessit, q ceteri legerunt: plures prouincias confecit, q alii concupiuerunt: cuius adolescentia ad scientia rei militaris non alienis preceptis, sed suis imperiis, no offensionibus belli, sed victoriis, no stipendiis, sed triumphis est tradita. quod deniq; genus belli esse potest, in quo illu non exercuerit fortuna reipublicę! Ciuile, Africauum, Transalpinu, Hispaniense, mistum ex ciuitatibus, atq; ex bellicosissimis nationibus, seruile, nauale bellum, varia & diuersa genera, & bellorum, & hostiu, non solum gesta ab hoc vno, sed etiam confecta, nullã rem esse declarant in vsu militari positam, que huius viri scientiam fugere possit. Iam vero virtuti Cn. Popeni que potest par oratio inueniri!

Medeę fuga.

Tigranes.

Victi potest.

Poetarum mos.

Cn. Popeni laus.

Imperatoris ornamento quattuor.

## Oratio

Virtutes  
Imperato-  
rie.

In potesta-  
tem fuisse.

Cn. Pōpeii  
victorie na-  
uales.

quid est, quod quisq̄ aut dignum illo, aut vobis nouū, aut cuiq̄ inauditum possit afferre? Nō enim illę sunt solę virtutes imperatorie, quę vulgo existimantur, labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo: quę tanta sunt in hoc vno, quanta in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus, aut audi- uimus, nō fuerūt. Testis est Italia, quā ille ipse victor L. Sylla huius virtute, & consilio confes- sus est liberatam. testis est Sicilia, quā multis vndiq̄ cinctam periculis, nō terrore belli, sed ce- leritate consilii explicauit. testis est Africa, quę magnis oppressa hostium copiis, egrū ipso- rum sanguine redundauit. testis est Gallia, per quā legionibus nostris in Hispaniam iter, Gal- lorum interemptione patefactum est. testis est Hispania, quę sæpissime plures hostes ab hoc superatos prostratosq̄ conspexit. testis est iterum, & sæpius Italia: quę cum seruili bello te- tro, periculosoq̄ premeretur, ab hoc auxilium absente expetiuit: qđ bellum expectatione Pō- pei attenuatum, atq̄ imminutū est, aduentu sublatū, ac sepultum. testes vero iam omnes orę, atq̄ omnes extere gentes, ac nationes: deniq̄ maria omnia, tum vniuersa, tum in singulis oris omnes sinus, atq̄ portus. Quis enim toto mari locus per hos annos, aut tam firmū habuit presidium, vt tutus esset: aut tam fuit abditus, vt lateret: quis nauigauit, qui non se, aut mor- tis, aut seruitutis periculo committeret: cum aut hyeme, aut referto prędonum mari nauiga- retur. Hoc tantū bellum, tam turpe, tam vetus, tam late diuisum, atq̄ dispersum, quis vnq̄ ar- bitraretur, aut ab omnibus imperatoribus vno anno, aut oibus annis ab vno imperatore cō- fici posse? Quā prouinciā tenuistis a prędonibus liberā per hosce annos: qđ vectigal vobis tu- rum fuit: quem socium defendistis: cui, presidio classibus vestris fuistis: q̄ multas existimatis insulas esse desertas: q̄ multas aut metu relictas, aut a prędonibus captas vrbes esse sociorū? Sed quid ego longinqua cōmemoro: fuit hoc quondā, fuit propriū populi Ro. longe a domo bellare, & propugnaculis imperii, sociorū fortunas, non sua tecta defendere. sociis vestris ego mare clausum per hosce annos dicā fuisse: cum exercitus nostri Brundusio nunq̄ nisi summa hyeme transmiserint. quid ad nos cū ab exteris nationibus venirent, captos querar: cū legati populi Ro. redempti sint. mercatoribus tutū mare non fuisse dicā: cum duodecim secures in prędonū potestate peruenerint. quid aut Colophonē, aut Samū nobilissimas vrbes, innumera- bilesq̄ alias captas esse cōmemorem: cū vestros portus, atq̄ eos portus, quibus vitā, & spiritū ducitis, in prędonū fuisse potestate sciatis. An vero ignoratis portū Caietę celeberrimū, atq̄ plenissimū nauiū, inspectante prętore, a prędonibus esse direptū: ex Miseno autē, eius ipsius libe- ros, qui cū prędonibus antea ibi bellū gesserat, a prędonibus esse sublatos: nam quid ego Hostiē se incōmodū, atq̄ illā labē, atq̄ ignominia reip. querar: cū prope inspectantibus vobis, classis ea, cui consul populi Ro. ppositus esset, a prędonibus capta, atq̄ oppressa est. Pro dii immorta- les: tanta ne vnus hoīs incredibilis ac diuina virtus, tā breui tēpore lucem afferre reipu. po- tuit: vt vos, qui modo ante ostiū Tiberinū classē hostiū videbatis, nunc nullā intra ocea- ni ostiū, prędonū nauem esse audiat. Atq̄ hęc qua celeritate gesta sint, qđ videris, tū a me in dicendo prętereunda nō sunt. Quis. n. vnq̄, aut obeundi negotiū, aut consequendi quæstus studio, tam breui tēpore, tot loca adire, tantos cursus cōficere potuit, q̄ celeriter Cn. Pōpeio duce belli impetus nauigauit: qui Siciliā adiit, Africā explorauit, inde Sardinia cū classe ve- nit, nondū tēpestiuo ad nauigandū mari: atq̄ hęc tria frumentaria subsidia reip. firmissimis p- fidiis, classibusq̄ muniuit. Inde se cū in Italiam recepisset, duab⁹ Hispaniis, & Gallia cisalpina, p- fidiis, ac nauibus confirmata, missis item in oram Illyrici maris, & in Achaia, oēmq̄ Gręciā nauibus, Italię duo maria maximis classibus, firmissimisq̄ presidiiis adornauit: ipse autē, vt a Brundusio profectus est, vnde quinquagesimo die totā ad imperiū populi Ro. Ciliciā adiun- xit: oēs qui vbiq̄ prędones fuerūt, partim capti, interfectiq̄ sunt, partim vnus huius imperio ac potestati se dediderūt. Idē Cretensibus, cū ad eum vsq̄ in Pamphylia legatos deprecatores q̄ misissent, spem deditōnis non ademit, obsidesq̄ imperauit. Ita tantū bellū, tam diuturnū, tam longe, lateq̄ dispersum: quo bello oēs gentes, ac nationes p- mebant: Cn. Pōpeius extrema hyeme apparauit, ineūte vere suscepit, media estate confecit. Est hęc diuina, atq̄ incredibilis virtus imperatoris. quid ceterę: quas paulo ante cōmemorare cœperam: quantę atq̄ q̄ multę sunt: non enim solū bellandī virtus in summo atq̄ perfecto imperatore querenda est, sed mul- tę sunt artes eximie, huius administre, comitesq̄ virtutis. Ac primū, quāta innocētia debent esse imperatores: quāta deinde oibus in reb⁹ tēperātia: quāta fide: quāta felicitate: quāto inge- nio: quāta humanitate: q̄ breuiter, qualia sint in Cn. Pōpeio, cōsideremus. summa em̄ sunt oia

Quirites, sed ea magis ex aliorum contentione, quam ipsa per se cognosci, atque intelligi possunt, quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu veneant centuriatus, atque venierint? quis hunc hominem, magnam, aut amplam de republica cogitare, qui pecuniam ex erario de prompta ad bellum administrandum, aut propter cupiditatem provincie magistratibus divideret, aut propter avaritiam Romae in questu relinqueret? Vestra admurmuratio facit Quirites, ut agnosce- re videamini, qui haec fecerint, ego autem neminem nomino, quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante de se voluerit confiteri. Itaque propter hanc avaritiam imperatorum, quantas calamitates, quocumque ventum sit, nostri exercitus ferant, quis ignorat? Itinera, quae per hosce annos in Italia per agros, atque oppida civium Romanorum, nostri imperatores fecerunt, recordamini: tum facilius statuetis, quod apud exterarum nationum fieri existimetis, utrum plures arbitramini per hosce annos militum vestrorum armis hostium urbes, an hybernis, sociorum civitates esse deletas? Neque enim potest exercitus is continere imperator, qui se ipsum non continet: neque severus esse in iudicando, qui alios in se severos esse iudices non vult. Hic miramur hunc hominem tantum excellere ceteris, cuius legiones sic in Asiam pervenerunt, ut non modo manus tanti exercitus, sed ne vestigium quidem cuius pacato nocuisse dicatur. Iam vero quemadmodum milites hybernent, quotidie sermones, ac literas perferuntur: non modo ut sumptum faciat in militem, nemini vis afferat, sed ne cupienti quidem cuique permittitur, hyemis enim, non avaritiae perfugium maiores nostri in sociorum, atque amicorum tectis esse voluerunt. Age vero ceteris in rebus quali sit temperantia considerate, unde illam tantam celeritatem, & tam incredibilem cursum inventum putatis: non enim illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quaedam gubernandi, aut venti aliqui novi, tam celeriter in ultimas terras pertulerunt, sed haec res, quae ceteros remorari solent, non retardarunt, non avaritia ab instituto cursu ad praedam aliquam revocavit, non libido ad voluptatem, non amoenitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem, postremo signa, & tabulas, ceteraque ornamenta graecorum oppidorum, quae ceteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi ille ne visenda quidem existimavit, itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de caelo lapsum intuent: nunc denique incipiunt credere, fuisse homines Romanos hac quodam abstinentia: quod iam nationibus exteris incredibile, ac falso memoriam proditum videbatur. nunc imperii nostri splendor illis genibus lucet, nunc intelligunt, non sine causa maiores suos tum, cum hac temperantia magistratus habebamus, servire populo Romano, quam imperare aliis maluisse. Iam vero ita faciles aditus ad eum privatorum, ita liberam querimoniam de aliorum iniuriis esse dicunt, ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur. Iam quantum consilio, quantum dicendi gravitate, & copia valeat, in quo ipso inest quaedam dignitas imperatoria, vos Quirites hoc ipso in loco sepe cognostis. Fidem vero eius inter socios quam existimari putatis: quam hostes omnium gentium sanctissimam esse iudicaverint. Humanitate iam tanta est, ut difficile dictum sit, utrum hostes magis virtutem eius pugnantes timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint. Et quisquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc transmittendum sit: qui ad omnia vestrae memoriam bella conficienda, diuino quodam consilio natus esse videatur. Et quam auctoritas multum quoque in bellis administrandis, atque imperio militari valet, certe nemini dubium est, quin ea in re ille idem ipse imperator plurimum possit, vehementer autem pertinere ad bella administranda, quid hostes, quod socii de imperatoribus vestris existiment, quis ignorat: cum sciamus homines in tantis rebus, ut aut contentant, aut meruant, aut oderint, aut ament, opinione non minus famam, quam aliqua certa ratione commoveri, quod igitur nomen unquam in orbe terrarum clarius fuit: cuius res gestae pares: de quo homine vos, id quod maxime facit auctoritatem, tanta, & tam praecleara iudicia fecistis? An vero vultis illam esse oram tam desertam putatis, quo non illius diei fama peruaserit, cum uniuersus populus Romanus, referto foro, repletisque omnibus templis, ex quibus hic locus conspici potest, unum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompeium imperatorem depoposcit? Itaque ut plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem, quantum huius auctoritas valeat in bello, ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumant: qui quo die a vobis maritimo bello propositus est imperator, tanta repente vilitas annonae ex summa inopia, & caritate rei frumentariae consecuta est, unius spe, & noie, quantum vix ex summa ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. Iam vero accepta in Porto calamitate ex eo plio, de quo vos paulo ante iuius admonui, cum socii primuissent, hostium opes, animique creuissent, cum satis firmum praesidium provincia non haberet, amisissetis Asiam Quirites, nisi id ipsum eius temporis diuinitus Cn. Pompeium ad eas regiones fortuna populi Romano attulisset. Huius adventus, & Mithridatem insolita inflammatum victoria continuit, & Tigranem magnis copiis

Centuriatus

Excelsere ceteris.

Temperantia Pompeii.

Auctoritas in bellis administrandis plurimum valet.

Vilitas annonae.

## Oratio

minitantem Asię retardauit. & quisq̄ dubitabit, quid virtute profecturus sit, qui tantū aucto-  
ritate profecerit: aut q̄ facile imperio, atq̄ exercitu socios, & vectigalia cōseruaturus sit, qui  
ipso nomine, ac rumore defenderit: Age vero, illa res quantā declarat eiusdē hoīs apud ho-  
stes populi Ro. auctoritatē, q̄ ex locis tam longinquis, tam diuersis, tam breui tēpore omnes  
vna huic se dediderūt: q̄ Cretensiu legatū, cū in eorū isula noster imperator, exercitusq̄ esset:  
ad Cn. Pompeiū in vltimas prope terras venerūt, eiq̄ se oēs Cretensiu ciuitates dedere velle  
dixerunt: Quid: idem ipse Mithridates, nonne ad eundē Cn. Pompeiū legatū vsq̄ in Hispaniā  
misit: eūq̄ Pompeius legatū semper iudicauit: in quibus semper erat molestū ad eū potissimū  
esse missum, speculatore, q̄ legatū iudicari maluerunt. Potestis igit iam constituere Quirites,  
hanc auctoritatē multis postea rebus gestis, magnisq̄ vestris iudiciis amplificatam, quantum  
apud illos reges, quantū apud exterarum nationes, valiturā esse existimetis. Reliquū est vt de fe-  
licitate, quā prestare de se ipso nemo potest, meminisse, & cōmemorare de altero possumus, si  
cut equū est homini de potestate deorū, timide, & pauca dicamus. Ego em sic existimo, Ma-  
ximo, Marcello, Scipioni, Mario, & ceteris magnis imperatoribus, nō solū ppter virtutē, sed  
etiam propter fortunā, sepius imperia mādata, atq̄ exercitus esse cōmissos. fuit em profecto  
quibusdā summis viris quedā ad amplitudinē, & gloriā, & ad res magnas bene gerendas di-  
uinitus adiuncta fortuna. de huius aut hoīs felicitate, quo de nunc agimus, hac vtar mode-  
ratione dicendi: non vt in illius potestate fortunā positā esse dicam, sed vt pterita meminisse,  
reliqua sperare videamur: ne aut inuisa diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse vi-  
deatur. Itaq̄ nō sum pdicaturus Quirites, quantas ille res domi, militiq̄, terra, mariq̄, quan-  
tasq̄ felicitate gesserit, vt eius semp voluntaribus nō modo ciues assenserint, socii obtempera-  
rint, hostes obedierint, sed etiā venti, tēpestatesq̄ obsecūdarit. hoc breuissime dicam. neminē  
vnq̄ tam impudentē fuisse, qui a diis immortalibus tot, & tantas res tacitus auderet optare,  
quot, & quantas dii immortales ad Cn. Pompeiū detulerunt. qd vt illi propriū, ac perpetuū  
sit Quirites, cū cōmunis salutis, atq̄ imperii, tū ipsius hoīs causa (sicuti facitis) velle, & opta-  
re deberis. Quare cū & bellum ita necessariū sit, vt negligi nō possit: ita magnum, vt accura-  
tissime sit administrandū: & cū ei imperatorē p̄ficere possitis, in quo sit eximia belli scientia,  
singularis virtus, clarissima auctoritas, egregia fortuna: dubitabitis Quirites, quin hoc tantū  
boni, qd a diis immortalibus oblatū, & datū est, in remp. cōseruandā, atq̄ amplificandā cōse-  
ratis: Q̄ si Romę Cn. Pōpeius priuatus esset hoc tēpore, tñ ad tantū bellū is erat deligēdus,  
atq̄ mittendus: nunc cū ad ceteras summas vtilitates hęc quoq̄ opportunitas adiungat, vt  
in his ipsis locis adsit: vt habeat exercitū: vt ab iis, qui habent, accipere statim possit: quid ex-  
pectamus: aut cur nō vobis diis immortalibus, eidē, cui cetera summa cū salute reip. com-  
missa sunt, hoc quoq̄ bellum regiū committamus? At em vir clarissimus reip. & vestris be-  
neficiis amplissimis affectus, Q. Catulus, itēq̄ summis ornamentis honoris, fortunę, virtutis,  
ingenii p̄ditus, Q. Hortensius ab hac ratione dissentiunt. quorum ego auctoritatem apud  
vos multis locis plurimū valuisse, & valere oportere cōfiteor. sed in hac causa, tametsi cogno-  
scitis auctoritates contrarias fortissimorū virorū, & clarissimorū: tñ omīssis auctoritatibus,  
ipsa re, & ratione exquirere possumus veritatē. atq̄ hoc facilius, q̄ ea omnia, quę adhuc a me  
dicta sunt, iidem isti vera esse concedunt: & necessariū bellum esse, & magnū: & in vno Cn. Pō-  
peio summa esse omnia. Quid igit ait Hortensius: si vni omnia tribuenda sunt, vnū dignissi-  
mum esse Pompeiū. sed ad vnū tamen omnia deferrī non oportere. Obsoleuit iam ista oratio  
re multo magis, q̄ verbis refutata. nam tu idem Quinte Hortensi multa pro tua summa co-  
pia ac singulari facultate dicendi, & in senatu contra virū fortem A. Gabiniū grauiter, orna-  
teq̄ dixisti, cum is de vno imperatore cōtra p̄dones constituendo legē promulgasset: & ex  
hoc ipso loco permulta idē contra legem verba fecisti. quid tum per deos immortales, si plus  
apud populū Ro. auctoritas tua, q̄ ipsius populi Ro. salus, & vera causa valuisset, hodie hanc  
gloriam, atq̄ hoc orbis terrę imperium teneremus: an tibi tum imperiū esse hoc videbatur,  
cum populi Ro. legatū, p̄tores, quęstrosq̄ capiebant: cū ex omnibus prouinciis cōmeatu, &  
priuato, & publico prohibebamur: cū ita clausa erāt nobis omnia maria, vt neq̄ priuatā rem  
maritimam, neq̄ publicā iam obire possemus: Quę ciuitas antea vnq̄ fuit: non dico Atheniē-  
siam, quę satis late quondā mare tenuisse dicitur: non Carthaginensiu, qui permultū classe,  
maritimisq̄ rebus valuerunt: non Rhodiorū, quorum vsq̄ ad nostrā memoriā disciplina na-  
ualis, & gloria remansit: quę ciuitas antea vnq̄, tam tenuis, tam parua insula fuit, quę nō por-



tus suos, & agros, & aliquam partem regionis atq; oræ maritimæ per se ipsa defenderet! Ar  
 hercle aliquot annos continuos ante legē Gabiniā ille populus Ro. cuius vsq; ad nostram  
 memoriā nomen inuictum in naualibus pugnis permāserat: magna, ac multo maxima par-  
 te non modo vtilitatis, sed dignitatis, atq; imperii caruit. nos, quorum maiores Antiochum  
 regem classe, Persemq; superarunt, oībus naualibus pugnis Carthaginenses hoīes in mariti-  
 mis rebus exercitatissimos paratissimosq; vicerūt: in nullo in loco iā p̄donibus pares esse pote-  
 ramus. nos quoq; qui antea non modo Italiā turam habebam⁹, sed oēs socios in vltimis oris  
 auctoritate nostri imperii saluos prestare poteramus: tum cū insula Delos tā procul a nobis  
 in Aegeo mari posita, quo oēs vndiq; cū mercibus, atq; oneribus cōmeabant, referta diuitiis,  
 parua sine muro nihil timebat: iidem, nō modo prouinciis, atq; oris Italię maritimis, ac por-  
 tubus nostris, sed etiā Appiā iam viā carebamus. & his tēporibus non pudebat magistratus  
 populi Ro. in hunc ipsum locū ascendere, cū eū vobis maiores vestri exuuiis nauticis, & clas-  
 sium spoliis ornatū reliquissent. Bono te animo Q. Hortensi populus Ro. & ceteros, qui erāt  
 in eadē sentētia, dicere existimauit ea, q̄ sentiebatis: sed tū in salute cōmuni idē populus Ro.  
 dolori suo maluit, q̄ auctoritati vestrę obtēperare. itaq; vna lex, vnus vir, vnus annus, nō mo-  
 do nos illa miseria, ac turpitudine liberauit: sed etiā effecit, vt aliquādo vere videremur oīb⁹  
 gētibus, ac nationibus terra, mariq; imperare. Quo mihi etiā indignius videt̄ obtrectatū esse  
 adhuc, Gabiniō dicā: an ne Pompeio: an vtriq; id qd̄ est verius, ne legaret̄ A. Gabinius Cn. Pō  
 peio expetēti, ac postulātū. vtrum ille qui postulat legatū ad tantū bellū quē velit, idoneus nō  
 est, qui impetret: cū ceteri ad expilandos socios, diripiēdasq; prouincias, quos voluerunt, lega-  
 tos eduxerūt, an ipse, cuius lege salus, ac dignitas populo Ro. atq; oībus gētibus cōstituta est,  
 expers esse debet glorię eius imperatoris, atq; ei⁹ exercitus, qui cōsilio ipsius, atq; periculo est  
 cōstitutus: An C. Falcidius, Q. Metellus, Q. Cælius Latiniēsis, Cn. Iētulus, quos oīs honoris  
 causa nomino, cū tri. ple. fuissent, anno pximo legati esse potuerūt: in hoc vno Gabiniō sunt  
 tam diligentes: qui in hoc bello, qd̄ lege Gabiniā gerit, in hoc imperatore, atq; exercitu, quē  
 per se ipse constituit, etiam p̄cipuo iure esse deberet. de quo legando spero cōsules ad sena-  
 tum relatuos, qui si dubitabunt, aut grauabunt, ego me p̄fiteor relaturū: neq; me impediēt  
 Quirites inimicū edictum, quo minus fretus vobis, vestrū ius beneficiūq; defendam. neq; p̄-  
 ter intercessionem, quicq; audiam, de qua (vt arbitror) isti ipsi qui minant, etiam atq; etiā qui  
 id liceat, cōsiderabunt. Mea quidē sententia Quirites vnus A. Gabinius belli maritimi, rerūq;  
 gestarū Cn. Pompeio ascribit, propterea q̄ alter, vni id bellum suscipiendū vestrīs suffragiis  
 detulit: alter delatum, susceptūq; confecit. Reliquū est vt de Q. Catulī auctoritate, & senten-  
 tia dicendū esse videatur: qui cū ex vobis quęreret, si in vno Cn. Pompeio oīa poneretis, si qd̄  
 de eo factū esset, in quo spem essetis habituri: cepit magnū suę virtutis fructū, ac dignitatis,  
 cū oēs p̄pe vna voce in eo ipso vos spem habituros esse dixistis. etem talis est vir, vt nulla res  
 tanta sit, ac tam difficilis, quā ille nō, & consilio regere, & integritate tueri, & virtute cōfice-  
 re possit. sed in hoc ipso ab eo vehementissime dissentio, q̄ quo minus certa est hoīm, ac mi-  
 nus diuturna vita, hoc magis resp. dū per deos immortales licet, frui debet summi hoīs vita,  
 atq; virtute. At em̄ nihil noui fiat cōtra exēpla, atq; instituta maiorū. Non dico hoc loco, ma-  
 iores nostros semp in pace consuetudini, in bello vtilitati paruisse: semp ad novos casus tem-  
 porū, nouorū cōsiliorū rationes accōmodasse: nō dicā duo bella maxima, Punicū & Hispaniē  
 se ab vno imperatore esse cōfecta: duas vrbes potentissimas, quę huic imperio maxime minas  
 bant, Carthaginē, atq; Numantiā ab eodem Scipione esse deletas: nō cōmemorabo, nuper ita  
 vobis patribusq; vestrīs esse visum, vt in vno C. Mario spes imperii poneret, vt idē cū Iugur-  
 tha, idē cū Cimbris, idē cū Theutonibus bellū administraret: in ipso Cn. Pōpeio, in quo noui cō-  
 stitui nihil vult Q. Catulus, q̄ multa sint noua, summaq; Catulī voluntate cōstituta, recorda-  
 mini. quid tam nouū: q̄ adolescentulū priuatū, exercitiū difficili reip. tēpore conficere: con-  
 fecit. huic præesse: p̄fuit. rē optime ductu suo gerere: gessit. quid tam p̄ter cōsuetudinē  
 q̄ homini padolescētī, cuius a senatorio gradu etas longe abesset, imperiū, atq; exercitiū dari  
 Siciliā permitti, atq; Aphricā, bellūq; in ea administrādū: fuit in his puinciis singulari innocē-  
 tia, grauitate, virtute: bellū in Aphrica maximū cōfecit, victorē exercitiū deportauit. qd̄ tā in  
 auditū: q̄ equitē Ro. triūphare: at eā quoq; rē populus Ro. nō modo vidit, sed etiā studio oī-  
 visendā putauit. quid tam inusitatū: q̄ vt cū duo consules clarissimi, fortissimiq; essent, eques  
 Ro. ad bellū maximum, formidolosissimumq; pro cōsule mittereretur: missus est. quo quidem

Legari.

Q. Catulī  
laus,Ro. in pace  
consuetudi-  
ni, in bello  
vtilitati pa-  
ruerunt.

## Oratio

Pōpeius nō  
p̄ consule  
sed p̄ con-  
sulibus.

Pompeius  
Magnus.

Testor  
Deos.

tempore, cū esset nō nemo in senatu: qui diceret, nō oportere mitti hominē priuatū pro con-  
sule: L. Philippus dixisse dicit: non se illum sua sentētia pro cōsule, sed pro cōsulibus mittere,  
tanta in eo reipu. bene gerendę spes constituebat: vt duorū consulū munus vnus adolescētis  
virtuti cōmitteret. quid tam singulare! q̄ vt ex Senatuscōsulto legibus solutus, cōsul ante fie-  
ret: q̄ vllū aliū magistratū per leges capere licuisset! quid tā incredibile! q̄ vt iterū eques Ro.  
ex S. C. triumpharet: quę in oībus hoībus noua, post hominū memoriā constituta sunt, ea tā  
multa non sunt: q̄ hęc, quę in hoc vno hoīe vidimus. Atq; hęc tot exēpla, tanta, ac tam noua  
profecta sunt in eundē hominē a Q. Catulo, atq; a cęterorū eiusdē dignitatis amplissimorum  
hominū auctoritate. quare videāt, ne sit periniquū, & non ferendū: illorū auctoritatē de Cn.  
Pōpeii dignitate a vobis cōprobatā semp esse: vestrū ab illis de eodē homine iudiciū populiq;  
Ro. auctoritatē improbari: p̄sertim cū iam suo iure populus Ro. in hoc hoīe suā auctoritatē,  
vel contra oēs, qui dissentiūt, possit defendere: propterea q̄ istis reclamātib; vos vnū illum  
ex oībus delegistis: quē bello p̄donū p̄poneretis, hoc si vos temere fecistis: & reip. parū consu-  
luistis: recte isti studia vestra suis cōsiliis regere conant. sin autē vos plus tum in rep. vidistis:  
vos his repugnātib; p̄ vosmetipsos dignitatē huic imperio, salutē orbī terrarū attulistis:  
aliqui isti principes, & sibi, & cęteris, Populi Ro. vniuersi auctoritatē parēdū esse fateant. Atq;  
in hoc bello Asiatico, & regio, non solū militaris illa virtus, q̄ est in Cn. Pōpeio singularis, sed  
alię quoq; virtutes animi multe, & magnę requirunt. difficile est in Asia, Cilicia, Syria, regnis  
interiorū nationū ita versari vestrū imperatorem: vt nihil aliud q̄ de hoste, ac laude cogitet.  
deinde etiā, si qui sunt pudore ac tēperantia moderatiores: tñ eos tales p̄pter multitudinem  
cupidorū hoīm nemo arbitrat. Difficile est dictu Quirites, quāto in odio sum⁹ apud exteras  
nationes, propter eorū, quos ad eas hoc anno cū imperio misimus, iniurias, ac libidines. quod  
em̄ fanū putatis in illis terris, nostris magistratib; religiosum! quā ciuitatē sanctā: quā domū  
satis clausam ac munitā fuisse: vrbes iam locupletes, ac copiosę requirunt: quibus causa belli  
propter diripiēdi cupiditatē inferat. Libenter hęc corā Q. Catulo, & Q. Hortensio disputarē  
summīs, & clarissimis viris. Nouerūt. n. sociorū vulnera, vidēt eorū calamitates, querimonias  
audiunt. Pro sociis vos, cōtra hostes exercitū mittere putatis! an hostiū simulatione contra  
socios, atq; amicos: quę ciuitas est in Asia: quę nō modo imperatoris, aut legati, sed vnus tri-  
buni militū animos ac spem capere possit! Quare etiā si quem habetis, qui collatis signis exer-  
citus regios superare posse videat, tñ nisi erit idem, qui se a pecuniis sociorū, qui ab eorū cō-  
iugibus, ac liberis, qui ab auro, gazaq; regia, man⁹, oculos, animū cohibere possit: nō erit ido-  
neus: qui ad bellū Asiaticū, regiūq; mittat. Ecquā putatis ciuitatem pacatā fuisse, quę locu-  
ples sit: ecquā esse locupletem, quę istis pacata esse videat! Ora maritima Quirites Cn. Pom-  
peium non solū propter rei militaris gloriā, sed etiā propter animi continentiā requisit. vi-  
debat em̄ Populus Ro. nō locupletari quotānis pecunia publica, p̄ter paucos, neq; eos quicq;  
aliud assequi classium noīe, nisi vt detrimentis accipiendis maiore affici turpitudine videret-  
mur. nunc qua cupiditate hoīes in prouincias, quibus iacturis, qbus cōditionibus proficiscā-  
tur, ignorant videlicet isti, qui ad vnū deferenda esse omnia non arbitrant! quasi vero Cn. Pō-  
peii non, cū suis virtutibus, tñ etiā alienis vitiis magnū esse videamus. Quare nolite dubita-  
re, quin huic vni credatis oīa, qui inter annos tot vnus inuētus sit, quē socii in vrbes suas cū  
exercitu venisse gaudeāt. Qz si auctoritatibus hęc causam Quirites cōfirmandā putatis, est  
vobis auctor vir bellorū oīm, maximarūq; rerū peritissimus, P. Seruilius: cuius tāte res gesta  
terra, mariq; extiterūt, vt cū de bello deliberetis, auctor vobis grauior eē nemo debeat. est C.  
Curio summis vestrīs beneficiis, maximisq; reb⁹ gestis, summo ingenio, & prudētia p̄ditus, est  
Cn. Lentulus, in quo oēs pro amplissimis vestrīs honoribus summū cōsiliū, summā grauitatē  
esse cognoscitis, est C. Cassius, integritate, virtute, cōstantia singulari. Quare videte, nū horū  
auctoritatibus, illorū orationi qui dissentiūt respōdere posse videamur. Quę cū ita sint C. Ma-  
nili, primū istā tuā & legē, & volūtatē, & sentētiā laudo, vehemētissimeq; cōprobo: deinde te  
hortor, vt auctore Populo Ro. maneat ī sentētia, neve cuiusq; vi, aut minas primescas. primū  
in te satis esse animi cōstantięq; arbitror: deinde cū tantā multitudinē, cū tāto studio adesse  
videam⁹, quantā nō iterū in eodē hoīe p̄ficiēdo vidimus, qd est: qd aut de re, aut de p̄ficiēdi  
facultate dubitemus: ego aut, qcqd in me est studii, cōsiliū, laboris, ingenii, quicqd hoc benefi-  
cio Populi Ro. atq; hac potestate p̄toria, quicquid auctoritate, fide, cōstantia possum, id oē ad  
hęc rē cōficiēdā tibi, & Populo Ro. polliceor, & defero: testorq; oēs deos, & eos maxie, q̄ huic

loco tēploꝝ p̄sidēt: q̄ omniū mētes eoꝝ, q̄ ad Rēp. adēūt, maxime perspiciūt: me hoc neq̄ rogā tu facere cuiusq̄, neq̄ quo Cn. Pōpei gratiā mihi per hāc causam conciliari putē, neq̄ quo mihi ex cuiusq̄ amplitudine, aut p̄sidia periculis, aut adiumenta honoribus querā: propterea q̄ pericula facile, vt hominē p̄stare oportet, innocentia tecti pellemus: honorē autē, neq̄ ab vno, neq̄ ex hoc loco, sed eadē nostra illa laboriosissima ratione vitā, si vestra volūtas feret, consequemur. Quāobrē quicquid in hac causa mihi susceptū est Quirites, id omne me Reip. causa suscepisse confirmo: tātūq̄ abest, vt aliquā bonā gratiā mihi quesuisse videar: vt multas etiam similtates partim obscuras, partim apertas, intelligam, mihi nō necessarias, vobis nō inutiles suscepisse. sed ego me hoc honore p̄ditū, tantis vestris beneficiis affectum, statui Quirites vestram volūtatē, & Reipublicę dignitatē, & salutē prouinciarum, atq̄ sociorum, meis omnibus commodis, & rationibus p̄ferre oportere.

PRO A. CLVENTIO HABITO. ORATIO. XIII.



**NIMADVERTI** Iudices, omnem accusatoris orationem, in duas diuisam esse partes. quarum altera mihi niti, & magnopere cōfidere videbatur, inuidia iam inueterata iudiciū Iuniani: altera tātūmodo cōsuetudinis causa timide, & diffidēter attingere rationē veneficii criminū, qua de re lege est hac q̄stio constituta. Itaq̄ mihi certū est hanc eadē distributionē, inuidię, & criminū, sic in defensione seruare: vt oēs intelligār, nihil me nec subterfugere voluisse reticēdo, nec obscurare dicēdo. Sed cū cōsidero quomodo mihi ī vtraq̄ re sit elaborandū: altera pars, q̄ ppria est iudiciū vestri, & legitimę veneficii quęstionis, p̄ mihi breuis, & nō magnę in dicēdo cōtētionis fore videtur, altera autē, quę procul a iudicio remota est, quę concionibus

Accusatoꝝ  
ris duae  
partes.

seditiose concitatis accōmodatior est, q̄ tranquillis, moderatisq̄ iudiciis: prospicio quātū in agēdo difficultatis, & quantū laboris sit habitura, sed in hac tāta difficultate, illa me res tñ Iudices consolāt, q̄ vos de criminibus sic audire consueuistis, vt eoꝝ omnē dissolutionē ab oratore q̄ratis: vt nō exiltimetis plus vos ad salutē reo largiri oportere, q̄ quantū defensor purgandis criminibus conseq̄, & dicēdo p̄bare potuerit. De inuidia autē sic inter vos discere p̄tare debetis, vt nō quid dicatur a nobis, sed qd̄ oporteat dici, cōsideretis. Agitur em̄ in criminibus, A Cluentii ppriū periculū: in inuidia, causa cōmunis. Quāobrē alterā p̄te causę sic agemus, vt vos doceamus, alterā sic, vt oremus. in altera diligētia vestra nobis adiūgēda est; in altera fides imploranda, nemo est em̄ q̄ inuidię sine vestro, ac sine talū viroꝝ subsidio possit resistere. Eq̄dē qd̄ ad me attinet, quo me vertā nescio, negē fuisse illā infamiā iudiciū corrup̄ti: negē illā rē agitatā in cōcionibus: iactatā in iudiciis: cōmemoratā in Senatu: euellam ex animis hominū tātā opinionē: tā penitus insitā: tā vetustā: nō est nostri ingenii, vestri auxiliū est Iudices, huius innocētię, sic in hac calamitosa fama, quasi in aliqua perniciosissima flāma, atq̄ in cōmuni incēdio subuenire. etenim sicut aliis in locis parū firmamētū, & parū viriū falsitas habet: sic in hoc loco falsa inuidia imbecilla esse debet, domine in cōcionibus: iaceat in iudiciis, valeat in opinionibus, ac sermonibus imperitoꝝ: ab ingenis prudētū repudietur, vehementes habeat repētinos impetus: spatium interposito, & causa cognita, cōsenescat, deniq̄ illa definitio iudicioꝝ æquorū, quę nobis a maioribus tradita est, retineatur, vt in iudiciis, & si ne inuidia culpa plectat, & sine culpa inuidia ponat. Quāobrē a vobis iudices, anteq̄ de ipsa causa dicere incipio, hoc postulo, primū id qd̄ æquissimū est: vt ne quid huc p̄iudicati afferatis, etenim nō modo auctoritatē, sed etiā nomē iudicū amitteremus, nisi hic ex ipsis causis iudicabimus, ac si ad causas iudicia iā facta domo deferemus. deinde si quā opinionē iā vestris mētibus cōphēdistis: si eā ratio cōueller, si ratio labefactabit, si deniq̄ veritas extorquebit, ne repugnetis, eāq̄ animis vestris aut libētibus, aut equis remittatis. tū autē cū ego vnaquaq̄ de re dicam, & diluā, ne ipsi quę cōtraria sunt, taciti cogitationi vestrę subiciatis, sed ad extremū expectetis, & me meū dicēdi ordinē seruare pariamini. cū peroratū fuerit: si qd̄ erit p̄teritū, animo requiratis. Ego me Iudices ad eā causam accedere, quę iā p̄ annos octo continuos ex cōtraria p̄te auditur: atq̄ ipsa opinione hominū tacita, prope cōuicta atq̄ damnata sit: facile intelligo. sed si qs̄ mihi deus vestrā ad me audiēdū beneuolentiā cōciliarit, efficiā profecto, vt intelligatis, nihil esse hominī tā timendū, q̄ inuidiā: nihil innocētī suscepta inuidia tā optandū, q̄ æquū iudiciū, q̄ in hoc vno deniq̄ falsę infamię finis aliquis, atq̄ exitus reperiat.

Iudiciorū  
æquorū  
definitio.  
P̄iudicium.

Inuidia timēda